Ros Dok Rostocker Dokumentenserver
Dieses Werk wurde Ihnen durch die Universitätsbibliothek Rostock zum Download bereitgestellt.
Für Fragen und Hinweise wenden Sie sich bitte an: digibib.ub@uni-rostock.de

Lectiones in Academia Fridericiana Publice Et Privatim ... Habendae

SS 1786 : Lectiones In Academia Fridericiana Publice Et Privatim Per Aestatem 1786. Habendae

Buetzovii: Ex Officina Fritziana, 1786

http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn178784725X

Band (Zeitschrift) Freier Zugang

PUBLIC DOMAIN

T.
594.41

Universitäts Bibliothek Rostock
http://purl.uni-rostock.de
/rosdok/ppn178784725X/phys_0001
DFG

LB T 594. 41

Universitäts Bibliothek Rostock
http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn178784725X/phys_0002
DFG

8. 1786

LECTIONES

IN

ACADEMIA

FRIDERICIANA

PUBLICE ET PRIVATIM

PER AESTATEM 1786.

HABENDAE.

RITTER U. LANDSCHAFT. BIBLIOTHEK D. MECKLENB.



BUETZOVII

EX OFFICINA FRITZIANA.

Universitäts Bibliothek Rostock
http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn178784725X/phys_0003
DFG

LECTIONES THEOLOGORUM.

D. CHRISTIANUS ALBERTUS DOEDERLEIN, juvante divina gratia docebit THEOLOGIÆ MORALIS PARTEM PRIMAM, & abſoluta HERMENEVTICA S. ſuperiori ſemeſtri cœpta tradet INTRODUCTIONEM hiſtorico - theol. in LL. ECCLESIÆ NOSTRÆ SYMBOL.

D. FRIDERICUS MAXIMILIANUS MAURITII, Conſiſt. Duc. Conſil. & S. S. Theol. P. P. O. per ſemeſtre aeſtiuum DEO adiuuante in docenda *Theologia Dogmatica* ad ea, quae reſtant, progredietur, & *Epiſtolam Pauli ad Romanos* interpretabitur.

D. IOH. PETR. ANDR. MVLLER, Conſiſt. Duc. Conſil. ac S. S. Theol. P. P. E. bono cum Deo 1) *Theologiam dogmaticam* docebit, ita quidem, ut e ſchedis ſuis dictandos paragraphos idonea explanatione proſequatur: 2) poſt expoſitas exacta hieme epiſtolas Pauli ad Romanos, ad Timotheum, ad Titum, ad Philemonem, iam nunc, quas idem ille Apoſtolus *ad Corinthios, ad Galatas aliosque* dedit, interpretabitur.

IURECONSULTORUM.

IO. MATTH. MARTINI, Sereniſſimi Ducis regnantis Conſiliarius Iuſtitiae, & Iurium Profeſſor P. O. per inſtans ſemeſtre aeſtivum, ſtudiis Commilitonum quovis modo inſervire cupiens, docebit

1) Digeſta, praelucente vel Boehmero vel Helfeldtio.
2) Hiſtoriam iuris univerſi, Duce de Selchow.
3) Inſtitutiones iuris civilis ad filum compendii Heineccio-Hoepfneriani.

EOB. TOZIVS, Iur. Publ. & Hiſt. Prof. O. Sereniſſ. Duc. a conſil. iuſtit. hora XI. docebit Ius publicum Imperii R. G. ad filum Inſtitutionum Ill. PüTTERI.

D. IOANNES IACOBVS PREHN, P. P. O. & Sereniſſ. Duc. regn. a Conſil. Conſiſt. finitis mox feliciter praelectionibus hibernis Deo adiuuante hoc ſemeſtri aeſtiuo horis ſuo tempore indicandis

Publice. Ius feudorum imperii duce *G. L. BOEHMERO* interpretabitur.

Priuatim. 1) *Ius Canonicum* ſecundum *EIUSDEM principia iuris canonici praeſertim iur. eccleſ. publici & priuati, quod per Germaniam obtinet*, docebit.

2) *Ius Criminale* ad ductum principiorum *MEISTERI* tradet.

3) *Inſtitutiones iuris ciuilis* ad filum compendii Heineccianì a *L. I. FR. HOEPFNERO* editi explicabit.

4) *Ius priuatum Meclenburgicum* enucleabit.

Nec non iis deerit, qui in elaborationibus practicis, examinatoriis ac exercitiis diſputatoriis ſuam deſiderabunt manuductionem.

MEDI-

MEDICORUM.

D. AUGUSTUS SCHAARSCHMIDT, Med. P. P. O. & *SERENISS. DUCIS Conſil. Aulicus*; ſimul ac ex morbo chronico, Deo adjuvante, convaluit, tradere cœpit

Oſteologiam & Splanchnologiam; Chirurgiam Artemque deligationum chirurgicarum.

Wie er denn auch, auf hohen Herzogl. Befehl, die Frauens-Perſonen, die Hebammen werden wollen, in der Entbindungs-Kunſt nach Wiſſen und Gewiſſen, unterrichten wird.

D. PETRUS LUDOLPHUS SPANGENBERG, Archiater, Sereniſſ. Duc. a conſiliis Aulæ ac P. P. O. lubenti animo per inſtans ſemeſtre aeſtivum operam collocabit in Praelectionibus Materiæ medicæ, atque pathologicis. Conatibus annuat. Numen ſupremum!

PETRUS BENEDICTUS CHRISTIANUS GRAUMANN, Prof. Publ. Ordinarius, per inſtans ſemeſtre aeſtivum hora X-XI. & XI-XII. praelectiones in Phyſiologiam continuabit, hora II-III. Chirurgiam medicam docebit, hora III-IV. practicas exercitationes inſtituere promtus paratusque erit.

PHILOSOPHORUM.

EOB. TOZIVS, Sereniſſ. Duc. Conſil. iuſtit. Hiſt. & Iur. Publ. Prof. O. hora X. tradet hiſtoriam Daniae, Sueciae, Rusſiae, Poloniae, Borusſiae, Imperii Turcici & Italiae, eo modo ac ordine quo Ill. MEUSELIVS vſus eſt in libro ſuo: Anleitung zur Kenntniß der Europäiſchen Staatenhiſtorie.

OLAVS GERHARDVS TYCHSEN, *SER. DVC. REGN.* a conſiliis Aulae, OOLL. Prof. Publ. Ord. & Bibliothecarius

Fundamenta linguae hebr. & cognatarum dialectorum ſtruet, & curſorias in Vet. Teſt. hebr. lectiones continuabit. Nec iis operam ſuam denegabit, qui in aliis litteraturae orientalis partibus erudiri cupierint.

SAMUEL SIMON WITTE, Ser. Duci regn. a Conſiliis aulae, ac Jur. N. & G. Prof. P. O. per inſtantem aeſtatem 1) *Logicam*, 2) *Metaphyſicam*, 3) *Philoſophiam moralem* 4) *Jurisprudentiam naturalem*, in Ill. *Federi*, *Platneri*, & *Hoepfneri* libellos commentaturus, docebit, ac denique conſilia ſua *de ſtudiis academicis rite ordinandis* e ſchedis publice more conſueto proponere promittit.

D. IOH. PETR. ANDR. MÜLLER, Philoſ. P. P. O. 1) *Logicam* e ſuo compendio tradendam, idemque 2) *diſputatiunculas* ſuper theſibus theologicis pariter & philoſophicis commode inſtruendas pollicetur.

P. I. HECKER, Matheſ. P. P. O. in tradendis præceptis analyſeos finitorum ad ductum compendii Kæſtneriani perget, matheſin puram ſ. arithmeticam, geometriam, trigonometriam & calculum literalem, præeunte cel. Karſten, docebit, atque Eberts Unterweiſung in den Anfangsgründen der Naturlehre illuſtrabit.

M. FRANCISCUS CHRISTIANUS LAURENTIUS KARSTEN, Oec. P. P. O. peractis hibernis feliciter laboribus per inſtans aeſtiuum ſemeſtre b. c. D.

1) *Doctrinam cameralem* e breuiario Fabriciano Anfangsgründe der ökonomiſchen Wiſſenſchaften: hora XI - XII.
2) *Matheſin puram*, hora VIII - IX, nec non
3) *Matheſin adplicatam*, ad filum compendii fratris Auszug aus den Anfangsgründen ꝛc. explicabit.

DOCTORUM PRIVATORUM
PRAELECTIONES IURIDICAE.

D. FRIED. WILH. STAVENHAGEN, inſtante ſemeſtri aeſtiuo vacabit explicationi
1) inſtitutionum iuris romani, ad Heineccium;

2) iuris

2) iuris germanici priuati, praelucente Selchovio; & -
3) iuris feudalis Longobardici, ad filum Püttmanni: nauaturus & operam iis, qui diſputatoria forſan aut examinatoria deſiderauerint. Horas tabula dabit.

PHILOSOPHICAE.

M. F. G. ZACHARIAE, V. D. M. quemadmodum ſuam qualemcunque opellam adhuc Homero dicandam duxit interpretando; ſic in eodem negotio (nimirum ſi legendorum Poëtarum jucundum otium recte ita appellari poſſit) non verſabitur tantum; ſed Xenophontios etiam Cyropaediae, nec non Ciceronis de Oratore libellos aureos recitabit.

Paulli ad Romanos Epiſtolam ſtrictim interpretabitur, ſcholiaſtas fere antiquos imitaturus.

Patet denique adhuc, Apollodori Athenienſis Bibliotheca Mythologica, ab Heynio, Viro magno, feliciter recluſa; cujus adeundae poteſtate rite uſi, ab illo inde tempore neutiquam in Trophonii antro ſibi videbuntur vaticinati.

M. IO. HENR. LUDEWIG, Iis quibus lingua Anglicana, quae ex omnibus linguis viventibus, eruditis eſt longe exoptatisſima, eleganter & ita ut quae ore efferuntur leganturve & ipſi Anglobritanni intelligant, perdiſcere animus eſt, ſedulam offert operam. Valde exiguum honorarium, pro integro ſemeſtri ſolventes, ſi ad minimum 72 lectionibus privatis interfuerint, accipient teſtimonium diligentiae & profectuum quos in Anglicis fecerunt, Latine & Anglice ſcriptum, & iuramenti loco ſubſcriptum, ut culpa negligentiae a praeceptore amoveatur. Quali teſtimonio, ſi qui in poſterum non fuerint muniti, fruſtra iactitabunt, Anglicas haſce inſtitutiones ſeſe frequentaſſe.

CAROLUS FRIDERICUS VOIGT, Jur. Cand. ex incl. JCtor. Ord. conſenſu hora VIII. quatuor diebus ſolitis *Hiſtoriam Juris* duce Ill. WALCHIO; eademque hora diebus Mercurii & Saturni *Encyclopaediam & Methodologiam iuridicam* praeeunte

eunte Celeb. SCHOTTIO tradet; & hora XI. ad b. HEINECCII *Elementa Juris civilis ſecuudum Ordinem Inſtitutionum* commentabitur.

Deinde Ampl. Philoſ. Ord. conſentiente horis ſuo tempore & loco definiendis *Hiſtoriam ueterum Romanorum* paullo uberius enarrabit, & ſelecto Auditorum numero *Taciti Annales* interpretabitur, nec non in ſcholis priuatiſſimis perget.

* * *

LUDOV. ARENAUD DE LA LANDE, linguae gallicae Magiſter, linguam ſuam nonſolum docebit, ſed eam etiam ad ſcribendi loquendique uſum traducet.

* * *

Qui praeterea corporis exercitiis operam dare cupiunt, magiſtros quoque habent, artium eo pertinentium peritiſſimos.

P. P. *Bützovii* ante Feſtum Paſchatos MDCCLXXXVI.

Universitäts Bibliothek Rostock
http://purl.uni-rostock.de
/rosdok/ppn178784725X/phys_0010
DFG

Universitäts Bibliothek Rostock
http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn178784725X/phys_0011
DFG

Universitäts Bibliothek Rostock
http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn178784725X/phys_0012
DFG

anici priuati, praelucente Selchovio; & -
lis Longobardici, ad filum Püttmanni: nauaturus
iis, qui disputatoria forſan aut examinatoria de-
t. Horas tabula dabit.

PHILOSOPHICAE.

ZACHARIAE, V. D. M. quemadmodum ſuam
pellam adhuc Homero dicandam duxit interpre-
odem negotio (nimirum ſi legendorum Poëta-
otium recte ita appellari poſſit) non verſabitur
enophontios etiam Cyropaediae, nec non Cice-
e libellos aureos recitabit.

omanos Epiſtolam ſtrictim interpretabitur, ſcho-
uos imitaturus.

que adhuc, Apollodori Athenienſis Bibliotheca
b Heynio, Viro magno, feliciter recluſa; cujus
ate rite uſi, ab illo inde tempore neutiquam in
ſibi videbuntur vaticinati.

ENR. LUDEWIG, Iis quibus lingua Anglicana,
s linguis viventibus, eruditis eſt longe exopta-
er & ita ut quae ore efferuntur leganturve &
ni intelligant, perdiſcere animus eſt, ſedulam
Valde exiguum honorarium, pro integro ſe-
, ſi ad minimum 72 lectionibus privatis inter-
nt teſtimonium diligentiae & profectuum quos
runt, Latine & Anglice ſcriptum, & iuramenti
, ut culpa negligentiae a praeceptore amovea-
monio, ſi qui in poſterum non fuerint muniti,
t, Anglicas haſce inſtitutiones ſeſe frequentaſſe.

IS FRIDERICUS VOIGT, Jur. Cand. ex incl.
ſenſu hora VIII. quatuor diebus ſolitis *Hiſtoriam*
WALCHIO; eademque hora diebus Mercurii
clopaediam & Methodologiam iuridicam prae-
eunte